



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

9. De quodam fabro defuncto, ac vitæ restituto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](#)

bat: Austeriora ego vidi. Sicque usque in diem  
sue vocationis infatigabili cœlestium bono-  
rum desiderio corpus senile inter quotidiana  
ieiunia domabat, multisq; & verbo & conuer-  
satione saluti fuit.

*Admirabilis historia de quodam fabro defun-  
to, ac vita restituto.*

C A P. IX.

**C**irca annum Domini 1480. in Ducatu &  
ciuitate Iuliacensi contigisse, multorum  
fidedignissimorum relatione cognoui-  
mus, fabrum nempè ferrarium, ex morbo de-  
functum, loculoque impositum. Apud cuius  
cadauer cum vicini in proximo conclavi, ex-  
cubias ex more agerent, defunctus diuina dis-  
pensatione vita restituitur. Qui exurgens fas-  
cij & linteis funebribus obuolutus, ad excu-  
bitores istos iam poculis somni vigiliarumq;  
molestiam discutientes progreditur. Quo vi-  
so territi illi, fugam capessunt, spectrum esse  
arbitrantes. Faber vero rediuius, cum allo-  
quio suo terrorem illorum paulatim leniuif-  
set, quod reliquum vitæ diuinitus accepit, lo-  
go diversa, quam prius, ratione transegit. Si-  
quidem nunquam ridere aut vanis saeculoque  
vitatis oblectamentis vacare visus est. Cum  
ad matutinas preces iuge sacrificium, aut ad  
vesperas campanarum sonus ederetur, ille p-  
tinus malleo & incude relicta, ad Ecclesiam  
festinabat, nulla Ecclesiasticarum precum té-  
pora prætermittens, ut quæ & qualia in altero  
saecu-

sæculo vidisset, et si ipse taceret, vel sola conuersatio loqueretur. Historiam esse fabulam, inter alios retulit ipsius ciuitatis liacensis quondam secretarij filius Guillimus, vir doctrina & vitæ integritate commendatiss. Confirmauit eandem matrona quæ honestissima ex confinio ciuitatis eiusdem riunda, quæ aiebat auum suum hunc fabrediuiuum nouisse. Certè Origenes in Numer. (vbi de ordine populi Dei Moses serit.) Si vñusquisque, inquit, nostrum cibo & potu sollicitus sit, & omnem curam rebus secularibus gerat, vnam verò ambo horas ex integro die etiam Deo deputet, duabus orationem veniat in Ecclesiam, vel in templo verbum Dei audiat, præcipuam verò curam ga sollicitudinem sæculi & ventris expensam iste non complet mandatum quod dicit, ut mo secundum ordinem suum incedat, vel quod dicit, vt omnia secundum ordinem fiant. Contauit doctissimus ille scholæ Alexandrinae techista Origenes, admodum vicinus Apostolico sæculo, (quo Christiani erant perterritantes in communicatione fractionis panis & orationibus, & perdurantes vnanimiter in templo) laicos suo non facere officio satis (debet enim istuc loquitur) si quotidie vnam vel etiam duas tantum horas precibus & sacris audiendis darent. Porrò de Anna vidua refemorcas, quod non discedebat de templo, ieiunans & obsecrationibus seruiens nocte ac die.

*Hom. 2.**1. Cor. 14.**Apost. 2.**Luc. 2.*

hoc vtique spiritu hausisse videtur faber iste  
rediuius, quando nec risisse, nec statuta ora-  
tionum Ecclesiasticarum tempora vñquā præ-  
termittere visus est. Sicut autem Drihelinus  
ille, de quo in p̄cedenti capite, multis & ver-  
bo & conuersatione saluti fuit, & Rex Alfri-  
dus vir vndequaque doctissimus, vt Beda ait,  
eundem Drihelimum & libenter & studiosè  
audiuit, atque ad eum audiendum s̄epissimè  
accessit, ita profectò optandum esset, & hæc  
nouissima vltimorum temporū exempla (quæ  
benignissima DEI dispensatione ad animos  
nostros præsentium rerum contemptu, & fu-  
turonum desiderio inflammandos, nobis exhi-  
bentur) quām plurimi esse salutifera, vt vete-  
ribus finem imponant vitijs, nouamq; dent no-  
uis originem virtutibus.

*De alio quodam itidem defuncto & resusci-  
tato.*

## C A P. X.

**N**ON dissimile est, quod nostra memo-  
ria contigit in Zelandia, in ciuitate  
nuncupata ther Tholen / vbi coctor  
quidam ceruifarius, cùm defunctus esset, iam-  
que loculus in quo positus erat, penè esset oc-  
clusus, reuiuscere cœpit defunctus, & in lo-  
culo conclusus, sonitum edere. Vxor fortè  
tum non erat in conclavi, in quo funus consti-  
tutum erat: pueri itaq; sonitum audientes, ma-  
trem appellant, patrem in loculo pulsare cla-  
mitant. Mater pueriles animos errore decipi  
existi-

A 22

existi-